



134
 Fac igitur optime valeas: & mutuo mihi amore
 respondeas
 Da igitur operam ut valeas: Et parem mihi
 fac beniuolentiam prestes
 Da operam ut valeas: hoc mihi gratius nihil
 facere potes
 Valebis igitur feliciter mi Johannes Et me
 Stephanum tuum ut semper ecisti plurimum
 ad amabis Iterum vale

In summis profecto occupationibus
 hec plura sententiarum synonyma ab
 solui: que reliquis verborum synonymis
 per me tibi scriptis admodum se accomodabunt
 Neque tamen me preterit: quin pene innumera
 biles huiusmodi sententiarum varietates ab
 his quam plurimis confici possent quam ego cumu
 lacius adauxisset: Si per alias multas occupa
 tiones licuisset: Neque tu tamen propter earum
 variationum paucitatem desistes: quoniam in ipsis
 est aliquid comodi: uti velis dum licet. In te
 rea ut aut hi quorum est amplior est dicendi co
 pia: & illustrior est auctoritas: huiusmodi res
 vel longe referciores vel meliores fortasse confic
 ent: quibus tu illis nunc comodi frueris:
 aut tu potius cum e tanta mutationis & varia
 tionis copia: quam tunc ex me optime didicisti